

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Privatrechtliche Urkunden und Amtslisten von 1266 bis 1332

Schulte, Aloys

Straßburg, 1884

1268 - 1269

[urn:nbn:de:bsz:31-326716](#)

14. Jobannes, sänger der kirche zu Honow, statthalter der gerichte der küsterei zu Strassburg, macht bekannt, dass Heinrich genannt Vögelin, bürger zu Strassburg, mit Zustimmung seiner gattin Margreden verkauft hat für 25 mark silbers an frau Alsilien von Nuwilr sein steinernes haus zu Strassburg in der Stadelgassen hinter dem thore des Barfüsserhofes. das siegel des genannten gerichts ist angehängt. gegeben 1268, 6 nonas octobris.

1268 Oktober 2.

Aus Strassb. Hosp. A. Prot. s. Elisab. 205 lit. S nr. P. Deutscher Auszug des latein. Originals.

15. Der Pfleger der Armen des h. Geistes verkauft einen Teil des Besitzes derselben. Verkauf.

1269 Februar.

10 Burcardus junior Spendero magister, consules et universitas civium Argentinensium notum facimus universis tam presentibus quam futuris, Ottонem dictum Crebiz^a, magistrum pauperum sancti spiritus deputatum ad hoc ex ordinatione . . . magistri et consulum Argentinensium, terciam partem pistrini siti in civitate Argentina inter curias dominorum de Frankenstein et Ottonis de Entringen ad dictos pauperes pertinentem nomine eorundem pauperum et consensu ac voluntate nostra plenus accedente domino Ottoni de Entringen, canonico ecclesie Argentinensis, juste et rationabiliter vendidisse pro septem marcis argenti puri et legalis ponderis Argentinensis proprietatis titulo possidendam ab ipso et ab omnibus, in quos ipse eandem terciam partem transtulerit. quam pecuniam confessus est se dictus Otto plenarie recepisse. et quia per eandem pecuniam dictorum pauperum scimus utilitatem esse procuratam, utpote 20 in usus eorum conversam, ideo nos huic venditioni consensum nostrum presentibus inpermittur. et in ipsius testimonium sigillum civitatis nostre duximus appendendum. datum anno domini 1269, mense februario.

Aus Strassb. Bez. A. G 1497 (1915) c. or. mb. c. sig. pend. mutil.

16. Vertrag zwischen der Münsterfabrik und den Pfründen des h. Geistes über eine Rente. Vertrag über Rentenbezüge.

Nos Burcardus junior Spendero magister, consules et universitas civium Argentinensium notum facimus universis, quod cum magistri operis¹ monasterii Argentinensis de remedio Sifridi quondam ad Speculum quinquaginta duos denarios de altera dimidia area inter staciatores hucusque pauperibus sancti spiritus distribuerint annuatim, iidemque pauperes duos solidos 30 Agentinenses fabrice predicti monasterii nomine census exsolverint de pistrimo sito inter curias dominorum de Frankenstein et Ottonis de Entringen, tercia parte ejusdem pistrini nunc vendita domino Ottoni de Entringen per Ottонem dictum Crebiz nomine pauperum predictorum de consensu et voluntate nostra, inter predictos magistros operis et Ottонem magistrum pauperum sic exstitit ordinatum, quod iidem magistri operis predictum pistrinum a censu duorum 35 solidorum predictorum absolutum et liberum perpetuo memorato domino de Entringen dimiserunt; ita tamen, quod duos solidos Agentinenses in distributione predictorum quinquaginta duorum denariorum annuatim sibi ad usus fabrice retineant in recompensam duorum solidorum, a quibus ipsum pistrinum, ut pretactum est, liberum dimiserunt. in cuius rei testimonium sigillum civitatis Argentine ad petitionem magistrorum predictorum presentibus est appensum. 40 actum et datum anno domini 1269, mense februario.

Aus Strassb. Bez. A. G 1497 (1915) c. or. mb. c. sig. pend.

a) or. : = corrigiert aus s.

¹ Ueber die schwankende Bedeutung des Titels: «magister operis» (= Verwalter des Bauvermögens, und = Münsterbaumeister) vgl. Repertorium f. Kunstwissenschaft VI, 56 ff. u. Klemm: Württembergische Baumeister u. Bildhauer 5 f. Hier kann nur von den Verwaltern des Bauvermögens die Rede sein.